



## **Stavrologia Coloniensis**

**Gelenius, Aegidius**

**[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]**

XX. † Diplomati Hvic, attexo alia duo de offensa Crucifixi Imagine miracula,  
ex Cæsario lib. 10. Illustrum miraculorum c. 19. & 20.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

XX. 

D I P L O M A T I H V I C ,  
 attexo alia duo de offensa Crucifixi Imagine miracula, ex Cæsario  
 lib. 10. Illustrum miraculo-  
 rum c. 19. & 20.

**T**'empore (inquit) discordiæ inter Ottone & S Goar.  
 Philippum, in Oratorium S. Goari Con-  
 fessoris (quod situm est in territorio Treuirensi,  
 & est firmissimū, tum propter situm loci, tum  
 propter structuram) prouinciales se suaq; trans-  
 tulerunt, quo cognito VVernerus de Bouland,  
 vir potens & diues, cum ad expugnandum illud  
 arietes machinasq; applicuisset, nec tamen pro-  
 fecisset, Imaginem Crucifixi ligneam, hi qui  
 de intus erant, contra hostes in quandam fene-  
 stram posuerant, sperantes quod ob illius vene-  
 rationem loco parcerent. Quidam vero ex bali-  
 stariis de Cruce non curans; imo locanti illam  
 indignans, telum misit, & sacram iconam pre-  
 fundè satis vulnerauit: Mox mirum in mo-  
 dū antiquare nouantur miracula, & ad instar  
 vena humana, sanguis de loco vulneris cœpit  
 stillare. Timore tanti miraculi postea dictus  
 VVernerus Cruce signatus est. Audiens tantæ

C

mi-

mirabilia Dominus Philippus Abbas Ottobur-  
gensis, locum adiit, de rei veritate inquisuit,  
cui cum ab omnibus hoc, quod predictum est,  
diceretur, Iudeus qui tunc casu adfuit, Abba-  
tem in partem traxit, dicens: Verè Domine  
verissimum est, quod audistis. Et sicut ipse mihi  
retulit, multò amplius delectabatur in testimo-  
nio inimici, adhuc telum ibi reseruatur, adhuc  
vulnus & sanguinis stigmata illic ostenduntur,  
utraque Abbas se vidisse testatur.

XXI. 

**C**irca idem tempus Otto contra Philippum  
ascendens cum exercitu usque ad VVur-  
zeimburg peruenit, ibi satellitibus eius Eccle-  
siam quandam intrantibus, unus ex illis Cru-  
cifixum, in eminenti loco positum, tunica linea,  
& cum multo studio consulta rectum vidit, &  
concupiuit: Quam cum manu non potuisse at-  
tingere, lancea nisu est extrahere, & quia fir-  
**C**rucifix miter imagini connexa fuit, in diuersis locis  
xilignū eam pupugit; Dominus vero ut sibi factum e-  
lanceis stenderet, quidquid eius imagini iniuria vel  
punctū, contemptus irrogatur, egit sua potentia, ut de  
sanguine singulis punctionibus sanguis vberim emana-  
manat. ref. Semel adhuc mortalis confixus atque lan-  
1203. centus